

# Notes du mont Royal

[www.notesdumontroyal.com](http://www.notesdumontroyal.com)

Cette œuvre est hébergée sur «*Notes du mont Royal*» dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Google Livres



# MEMORANDUM

TO : SAC, NEW YORK

FROM : SAC, PHOENIX

SUBJECT: [REDACTED]

[REDACTED]

[REDACTED]

[REDACTED]

[REDACTED]

[REDACTED]

[REDACTED]

[REDACTED]

[REDACTED]

[REDACTED]

*AMPLISSIMIS, PIENTIAE, PRUDENTIA, AC ERUDITIONE præstantissimis uiris, D. Cos. & Senatoribus Reipublicæ SALVENDENSIS, Dominis ac patronis suis obseruandis.*

*S. P. D.*



Vandoquidem, uiri amplissimi, nihil animis hominum magis inhæret, quàm id, cui à teneris consuecunt: idque quod tenerum est, ut ait Seneca, proximis applicatur: uniuersæ hominum societatis permagni interest, ut ab incuntibus statim annis mortales optimis, quæ per totam uitam usui futura sint, assuescere discant. Quia uerò ætatis imbecillitate iuuentus ad malum quàm ad bonum procliuior, minus considerat profutura ne an obfutura sint, quæ trahat: opus est, ut per adultiores, quibus cura eius qualicunque modo incumbit, à turpibus ad honesta, à uitijs ad uirtutum amorem

## E P I S T O L A

morem deducatur. Id autem nulla commo-  
diore uia, quam per liberalem institutionem,  
feri potest. tanta enim eius uis est in utraq;  
partem, ut nulla tam bona possit esse natu-  
ra, quin illius quasi excolendæ cura inter-  
missa, vitiosa reddatur: nulla item tam ma-  
la sit, quæ non ad frugem liberali ac fideli  
institutione redigatur. Proinde cum adulta  
hominum ætas ad omnia minus docilis tra-  
ctabilisq; sit, quam rudes illi iuuentutis an-  
ni, qui instar cere quamlibet impressionem  
facile admittunt: tum generosi mores, ut il-  
le ait, imbuendi sunt, cum tener est animus:  
tum optimis assuescendum, eaq; discenda,  
quæ nec grandinem, nec uim, nec Iouem i-  
psam, ut Plato inquit, extimescant: quæ quo-  
que cum naufrago salua enatare, nec à latro-  
nibus eripi queant, cum ad quæuis cereum  
adhuc est ingenium. Nam postquam annis  
iam quasi dirigit animus, partim egrè, quo-  
rum praua consuetudine fuimus infecti, de-  
discimus: partim, quæ nescimus, non nisi ma-  
xima nobis inculcari difficultate possunt.  
Quò elegatissima metaphora hac respexis-  
se uidetur Ouidius:

*Que prebet latus arbor spaciatis umbras,  
Quo posita est primum tempore, uirga fuit.*

TUNC

## DEDICATORIA.

*Tunc poterat manibus summa tellure reuelli,*

*Nunc stat in immensum uiribus aucta suis.*

Hæc perita rerum antiquitas considerans, quæ nihil non egit, ut Respublicæ optimè constitutæ in suo flore permanerent, iuuentutem, ceu seminarium totius hominum conuersationis, optimis quibusuis non tantum artibus & disciplinis, quàm morum uitæque præceptis imbuendam curauit. Non ignara, & sine literis rudes inertesque, & cum literis parum utiles fore homines, nisi honestati uitæ quàm primùm assuefierent. Plus enim deficere quàm proficere eum, qui doctrina proficit, & moribus deficit, præter Aristotelem, quotidiana docet experientia. Non autem quæuis temerè, & citra delectum, teneris puerorum animis obtrudi passa est: sed eos autores, qui & pietatem, & præcepta de morum uirtutibus continerent, proposuit. In quorum autorum numero, Poetæ, qui uel mira ingenij industria clarorum uirorum egregia facta in exemplum posteritati descripta reliquissent: uel quàm breuissimis, maximeque illustribus sententijs doctrinam morum essent complexi, suo quodam iure facile primas obtinuerunt: unde & nomen

## EPISTOLA

Illorum in maximo cultu, maximaq; venera-  
 tione apud optimos quosuis existisse nō i-  
 gnoramus. Plato, philosophiæ quidam sol,  
 huiusmodi Poetas non dubitat nunc deo-  
 rum filios, nunc prophetas appellare. Et  
 tantū abest utè Repub. sua eiecere ( quod  
 ijs fecisse legitur, qui diuina poetice arte  
 ad lasciuiam, turpesque amores abusi e-  
 rant ) ut & ipse testimonijs eorum usus, &  
 alijs exemplo suo præclarissima ipsorum  
 monumenta euoluendi autor fuerit.  
 Sicut eius rei locuples testis est honestis-  
 sima creberrimaque apud ipsum Solonis,  
 Tyrtaei, Homeri, Hesiodi, & aliorum me-  
 lioris notæ mentio. Socratem, qui ipsius  
 Apollinis oraculo sapiens pronunciatus  
 est, Euripide Tragico familiarissimè usum  
 esse, nemo nescit. *μωσῶν θοράκωντες καὶ αὐτῶν  
 ἀποτίγεις* ab Hesiodo & Pindaro nuncupan-  
 tur. Strabo autem lib. 1. de Situ orbis scri-  
 ptum reliquit, ueteres *τὴν αἰώντιον ποιητικὴν*,  
 ut omnium doctrinarum antiquissimam,  
 philosophiam quandam perhibuisse. Quip-  
 pe quæ à teneris nos unguiculis ad uiuendi  
 rationes perducatur, mores atque affectus e-  
 doceat, quæq; gerenda, declinanda ue sint,  
 quadam cantus suauitate præcipiat. Et  
quò

## DEDICATORIA.

quò magis suam erga huiusmodi *ιδίωτες ποικί-  
ταις* gratitudinem testatam redderent, iuue-  
nesq; ad bonarum rerum studia, morumq;  
integritatem excitarent: statuis ac imagi-  
nibus eos honestari, poemata ipsorum in  
publicis Deorum celebritatibus, alijsq; con-  
uentibus recitari, optimasque sententias tē-  
plorum foribus, tanquam Deo dignas, imò  
ab ipsis Numinibus usurpatis, affigi, nec nō  
aureis preciosisque materijs insculptas ad  
omnem posteritatem conseruari curauerūt.  
Quemadmodum ex Platone, Xenophon-  
te, Pausania, Plutarcho, Athenæo, alijsque  
uetustissimis scriptoribus & iam dicta, & a-  
lia plura de Poetarum excellentia & utilita-  
te cuius obuia sunt: nec patitur epistolæ an-  
gustia huc omnia referre. Etsi uerò Christi-  
anæ professionis homines, sinceræ Reli-  
gionis Pietatisq; studium non ab huiusmo-  
di autoribus, sed ex sacrosanctæ Scripturæ  
fontibus petere debēt, & possunt, ut quæ so-  
la salutem & æternam beatitudinem per  
IESUMUMQUEM QUEMQUE CHRISTI UERIQUE DEI, UERIQUE HOMINIS MERI-  
TUM CREDENTIBUS PARATAM ESSE MONSTRET,  
præceptaque ad Christianam uitam utilia  
copiosissimè præscribat: tamen Poetarum  
quoque (qualium scripta iuuentuti propo-  
nimus)



EPISTOLA

nimus) lectionem & usurpationem, & in non contemnendo precio habitam, habendamque esse, grauisima sanctissimorum in Ecclesia Dei uirorum exempla & auctoritates comprobant: quarum paucissimas, ob eos qui parum dextrè de Poetis sentiunt, in medium proferre placuit. D. Paulum, electum illud Dei omnipotentis organum, Poetarum libros euoluiffe, & ut Clemens ait, ad ædificationem curamque aliorum, testimonijs eorum uti non erubuisse, Sacrarum literarum ueritas testatur. Sic Act. 17. ubi Deum esse probat, Aratum uetustissimum poetam citat: Cor. 15. ex Menandro Comico malorum consortia fugienda monet, quòd prauis colloquijs boni mores corrumpantur. Cretensium mores Tit. 1. ex Epimeni de uate Cretensi graphicè depingens ait: *ἄπο τῶν ποιητῶν, καὶ τῶν ἄλλων, γὰρ ἔργα ἀργαία*. Gregorius Nazanzenus, ob excellentiam Theologus diuisus, scriptis poetarum mirè delectatus est, & sacrorum carminum uolumen posteritati reliquit: quod non solum priscis temporibus propositum est pueris, ut Socrates, Sozomenus, Orosius & Eutrophus scribunt, uerùm etiam hodie à doctissimis uiris imbecillius habetur. Quid de Iohanne Chryssostomo

DEDICATORIA.

mo Patriarcha Constantinopolitano sub Arcadio & Honorio Impp. anno Christi 401. dicam, qui Aristophanis Comædijs etiam noctu pro puluino usus est? Quid de Eustathio Thessalonicense, cuius etiam hodie eruditissimi in Homerum, ingeniorum fontem, commentarij extant? Neque mihi hoc loco temperare queo, quo minus etiam D. Basilij Cæsariensis, cui uirtutum splendor Magni cognomen peperit, uerba adscribã. de eorum Poetarum lectione, qui bonorũ hominum dicta facta ue narrassent: quales præ cæteris fuerunt, Homerus, Hesiodus, Theognis, Phocylides, Pythagoras, Solon. Tyrtæus, & alij. Sic ergo in Admonitione ad adolescentes, quo pacto ex gentilium scriptis proficere queant, ait: ἐπὶ τούτοις, παρασησνὺν ἢ ποιηταῖς, ἢ λογοποιῶσι, ἢ ῥήτορι, καὶ πᾶσι ἀνθρώποις ὁμιλητέον, ὅθεν αὐτὸ μέγλη πρὸς τὴν τῆς ψυχῆς ἐπιμέλειαν ὠφέλεια τίς ἐσέσθαι. ἢ μετ' ὀλίγου· εἰ μὲν οὖν ἐστὶ τις οἰκρότης πρὸς ἀλλήλους τοῖς λόγοις, πρῶτον αὐτῶν ἡμῖν αὐτῶν ἢ γνώσις γένοιτο, εἰ ἢ μὴ, ἀλλὰ τὸ γε παράλληλα θούτας καταμαθεῖν τὸ διάφορον ἐν μικρὸν εἰς βεβαίωσιν τῆ βελτίονος. Hoc est: Poetis & oratorib. omnib. hominibus utendũ, unde futura sit aliqua utilitas, quæ ad animæ edificatiõne. Et paulo post: Esti nostrorũ

## EPISTOLA

sermonum atq; gentilium ulla est conveni-  
entia, nobis illorum ualde conferet notit-  
cia: si minus, eos saltem simul conferendo  
differentiam discere licebit, cum ad melio-  
ris optionem atq; delectum non parum cō-  
paratio ualeat, & inferiora sæpe collata sint  
potioribus ornamento. Nec ab his dif-  
ferit Philo sapientissimus, dum libro de  
Agricultura, de puerorum studijs in hūc mo-  
dum disserit: *φυσίωσιν ἢ ταῖς μὲν οὐ ἐλικίαις παι-  
δικῇ ψυχῶν μαχόμενα, ὧν ὁ καρπὸς αὐτὸς τιθιμύ-  
σιται. ἐστὶ ἢ ταῦτα, ἢ τὸ γράφειν καὶ ἀναγιγνώσκειν  
ἐπιτοχὸς ἐπιπέδουσι, ἢ τῶν παρὰ σοφοῖς ποικταῖς ἀ-  
κριβῆς ὄψονα, γεωμετρία, καὶ ἢ πρὸς τὰς ῥητορι-  
κὰς λόγους μελέτη, καὶ ἢ ἑνὴν πᾶσαν τῆς ἐγκυκλίου παι-  
δείας μουσική.* Quæ uerba Latinis auribus  
sic sonant: Inferam autem primū in pue-  
rilis ætatis animas, furculos, quorum fructus  
ipsas enutriet. Sunt autem hi, scribendi  
legendique certa industria, eorum quæ a-  
pud sapientes poetas habentur diligens  
scrutatio, geometria, oratoriae facultatis me-  
ditatio, & uniuersa liberalis musica. At-  
que hæc quidem de Poetarum autoritate  
& lectione paucis attigisse, non planè *κατὰ*  
*τῶν ἱλιῶν*, sufficiat. Haud enim parè humeris  
susceperem prouinciam, si ex singulis Chri-  
stianis

## DEDICATORIA.

stianis scriptoribus ( ut de gentiliū myriadibus taceam ) poetarum & laudes colligere, & osorum calumnijs occurrere conarer. Ego itaque tantorum uirorum iudicio & consilio incitatus, iuuentuti, cuius informandæ mihi quoque cura incumbit, hæc in parte, quod ad optimorum poetarū studium attinet, labore quidem duro, animo uerò non ægro consulere studeo, cum hanc meam esse Spartam non ignorem.

Mirificè enim peritæ rerum antiquitates, quæ ut Plato uult, *κρείττων ἅμα καὶ ἐγγυτέρω θεῶν ἵσχύειτο*, exemplum sequi, & quantum par est, alijs ad idem faciendum autor esse placet. Hac de causa, cum labores nostros, quos in Comicoꝝ L. scriptis ab interitu uindicandis exhausimus, bonarum literarum studiosis non ingratos animaduertentem: facile, nunquam satis laudati uiri D. Ioannis Oporini, Compatriæ ac amici mei obseruandis. cōsilio acquieui, quo me, ut horū quoq; poetarum, quos hic damus, scripta collecta iuuentutis studijs communicarem, incitauit. Theognide ergο *ἡνωμένη τέρτω*, cum uersione & doctissimis **ELIÆ VENETI** Annotationibus, ex arbitrio D. Typographi, præmisso, reliquorum autorum omnium  
nium

## E P I S T O L A

nium scripta ex diuersis hinc inde autorib.  
 congestimus, congesta fideliter interpreta-  
 ti sumus, & ad puerorum captū quātm pro-  
 ximè accommodauimus. Nec iuuenilibus  
 ingenijs inutilem hanc nostram operam fo-  
 re speramus. Castissima enim saluberrima-  
 que de moribus præcepta proponit, quæ u-  
 sum non pœnitendum in omnes uitę huius  
 partes, si rectè percipiantur, sint allatura. Prę-  
 terea Græcæ linguę ( quæ comptissima est  
 in his autoribus ) cum Latina collatio, non  
 parum emolumentum ad uberiores eruditio-  
 nis thesaurum comparandū adferet: ijs præ-  
 fertim, qui aliàs uia magistri uoce destitu-  
 ti, ipsi sibi præceptores esse in Græca litera-  
 tura coguntur: ut plures cōmoditates, quas  
 præter iuniores etiam adulti hinc haurire  
 possunt, sciens præteream. Non parum  
 tamen doctissima Stobæi interpretatio, un-  
 de non paucas sententias transcripsimus,  
 nos iuuat. . Versionem Latino carmine,  
 sui cuique interpretis nomine præfixo, ne  
 alienis nos ornare plumis uideremur, sub-  
 iecimus, ut Græcæ elegantię cum latina  
 melius perspiceretur cōuenientia, ab ijs  
 qui iam absque cortice in Græco studio na-  
 tare queunt. Nondum carmine reddita,  
pro

## DEDICATORIA.

pro nostra tenuitate pedibus astringimus, ita ut quàm proximè Græca sententia exprimeretur. Alicubi lectionis uarietas margini est aspersa. His omnibus eiusdem, si non carminis, tamen argumenti libellus Senariorum insertus est, ut quàm absolutissimam de moribus, totaque uita laudabiliter institienda doctrinam, optimorum hoc Poetarum Opus teneris puerorum animis proponeret.

Hunc autem nostrum laborem, Viri amplissimi uobis inscribere, librumque Scholæ uestræ consecrare, maximè necessarium duximus, ut sub amplissimo nominis uestri patrocinio (quod quàm eximium erga bonarum artium cultores semper extiterit, manifestius est quàm ut nostro præconio indigeat) tutus à maleuolorum, quorum plena sunt omnia, moribus in communem iuuentutis usum prodiret: tum in primis, ut grati tandem animi indicium, licet exiguum, exhiberem pro innumeris Reipublicæ uestræ in me beneficijs. Cum enim puerilium studiorum partem non postremam Scholæ uestræ celeberrimè constitutæ, sub optimis præceptoibus M. CHRISTOPHORO Hoffmanno,  
8c

EPISTOLA

**IOHANNES** Tumlero (D. *DE ASPARE* *AN-*  
 quila primariam Ecclesiae curam gerente)  
 feram acceptam: gratitudinis officium vi-  
 debatur requirere, tam pro his, quam pro a-  
 lijs citium uestrorum in me meritis, char-  
 taceo hoc munusculo, cum aliud non esset,  
 testatum omnibus reddere, memoriam hu-  
 manitatis uestrae nondum apud me senais-  
 se: si fortè alij meo exemplo excitati, melio-  
 ra, nominiq; uestro amplissimo magis  
 conuenientia darent, & tandem *dyærias*  
 turpissimum crimen à Christiano cœtu exu-  
 lare inciperet. Et si uerò per se satis exigu-  
 um est munusculum hoc, nec dignum quod  
 eam P. V. officijs conferatur: tamen, si pro  
 uestro favore erga liberalia studia & iuen-  
 tutis honestam institutionem, offerentis a-  
 nimum respexeritis, non minus gratum cõ-  
 fido futurum, quàm si uel Colophonium au-  
 rum à me P. V. oblatum esset. Quæ spes  
 ne me fallat, per eam, qua omnes *PIETATIBUS*  
 prosequi soletis beneuolentiam, etiã at-  
 que etiam oro. Deus opt. maximus, æternus  
 Pater Domini nostri *IESU CHRISTI*, P.  
 V. consilia & actiones ad sui nominis glo-  
 riam, & Ecclesiae, Scholæq; communem sa-  
 lutem dirigat, uosq; omnes in sui agnitio-  
 ne

**DEDICATORIA.**

ne vera conferret, Amen. Basileæ, ex Ludo  
literario ad D. Petrum. 8. Calend. Febr. Quo  
die, ut quidam uolunt, ante annos 1527.  
Paulus Tarsensis ad pœnitentiam reuoca-  
tus diuinitus, hostili in Christianos animo  
deposito, CHRISTI dogmata amplexus  
est: quemadmodum Lucas A&  
p. scripsit.

P. V.

deditissimus,

Iacobus Hertelius

Curienfis.



DEPARTMENT OF

AGRICULTURE

OFFICE OF THE

SECRETARY

WASHINGTON, D. C.

1918

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

# ELIAS VINETUS

*Sano Lectori.*



V M ocij plurimum anno superiore apud Franciscū Sangelasium Engulismensis Ecclesiæ Decanū, uirum cū generis splendore, tum ingenij dexteritate apprimè nobilem, nactus fuisset: id totum, quantum per aduersam valetudinem licuit, in iucundissima Græcorum poetarum lectione à me cōtritum est. qua quidem in te consilium eorum lubens secutus sum, qui antiquos scriptores eo legendos ordine censent, quo & uixerunt, & scripserunt: quòd recentiores à uetustioribus semper habeāt quidpiā, quod non facilè intelligas, nisi prius illos diligenter legeris. Perlectis igitur, quorū fuit copia, uetustissimis quibusque, cuiusmodi sunt Homerus & Hesiodus, Theognidem tandem in manus sumpsi: cuius sententias licet graues esse nō dubitarem, eo tamen intellectu mihi faciles fore sperabam, quòd crederē nihil esse illic quod à posterioribus, quos aliquando legeram, non fuisset luculentius tractatum. Verūm

b

uixdum

## ELIAE VINETI

uixdum è portu solueram, cum tot subitè  
emergunt scopuli, tot statim obortæ nu-  
bes, cœlumq; diemq; eripiunt oculis, ut  
proposito facilè his deterritus fuisset, ni-  
cupido huius conficiendi æquoris me pe-  
nè obstinata iam inde respisset, ex quo præ-  
mum à præceptoribus meis, Aristotelis al-  
liorumq; ueterum scripta prælegi mihi cœ-  
pta fuerant, quæ huius poetæ sententijs ue-  
luti suauissimis flosculis inspersa essent.

Cum igitur pergere obfirmato prorsus  
animo certum esset, quæ ad tam difficilem  
periculosamq; rem conficiendam condu-  
cere uisa sunt, ea diligenter omnia adhibui,  
cuiusmodi sunt cum uariorum codicum,  
locorumq; ex eodem autore ab alijs scri-  
ptoribus citatorum diligens collatio: tum  
syncerum & acre amicorum meorum, ui-  
torum doctorum, unà cum meo, iudiciũ:  
inter quos Petrus Panætius, & Iacobus  
Gupylus, facilè principes, qua quidem di-  
ligentia abscisis, abiectis, transpositis mul-  
tis, effectum tandem est, ut instituto satis-  
fecerim meo, perlegerim bonum poetã,  
eorumq; quæ in eo corrupta erant, bonam  
magnamq; partè obiter castigauerim. Cæ-  
terum cum in eo totus essem, Ioanni Lo-  
doico

EPISTOLA.

doico Tiletano, typographo diligentissimo, rem patefeci, cū in eius bibliopoliū, quærendi ex eo exemplaris gratia aliquādo me cōtulisset: quam ubi intellexisset, rogauit uehementer, ut si quid haberem in eum autorem, quem esset breui excusurus, communicarem: me sibi, studiosisq; omnibus gratum facturum. Id autem perfacile impetrauit ille, quando ineunte hac æstate huc ueni. cādide lector: cui in tuam gratiā publicandū tradidi, quicquid fuit nostri in Theognidem laboris. quē autorem utinam tam totum restituere omnino potuissem, quā cupiebam. Is enim tam deprauatus fuit, tam lacer, tam mancus, ut nulla diligentia, nullo labore, nullis deniq; quantislibet uigilijs id præstare potuerim. quæ res in causa est, ut in Latinum sermonem à me conuersum non habueris. Quod reliquum igitur hic desiderabitur, id ab alio interim dum fœlicius expectabis, nostro hoc labore, quantuluscunq; est fruaris, eumq; boni consulas uelim. Vale, Lutetiæ. Calendas

Sextil 1543.

b s

THEO.

# Notes du mont Royal

[www.notesdumontroyal.com](http://www.notesdumontroyal.com)

Une ou plusieurs pages sont omises  
ici volontairement.

EX TYRTAEO, DE VIR-  
tute bellica.

## A V D A C I A E L A V S.

**N**on memorādus mihi uir, nec in precio habēdus  
 Seu uirtutis pedū seu gratia lucte: (uidetur:  
 Neq; si Cyclopum habeat magnitudinem et robur,  
 Et currendo uincat Thracium Aquilonem:  
 Et forma sit uel ipso Tithono præstantior,  
 Et locupletior quàm aut Midas aut Cinyras reges:  
 Neq; si Tantalidem Pelopem regno uincat,  
 Linguamq; Adraſti ſuauiſſimam habeat.  
 Neq; ſi gloriā omnē præter bellicā fortitudinē habeat:  
 Non enim uir bonus eſt in bello,  
 Si non ſuſtineat cædem uidere cruentam,  
 Et propius hoſtem ſtare cupiat.  
 Hec uirtus eſt, hoc optimum inter homines premium,  
 Et maximè decorat uirum iuuenem, à quo geritur.  
 Commune hoc bonum eſt ciuitati, et uniuerſo populo,  
 Si quis uir progreſſus inter pugnantes in prima acie  
 Cōſtāter, turpiſq; fugæ proſus obliuiſcatur (maneat,  
 Vitam et animum patientem obijciens periculo.  
 Animetq; ad mortem obeuntem proximū uirum aſtās:  
 Hic uir bonus eſt in bello.  
 Statim uerò hoſtium in fugas uertit phalanges  
 Aſperas, ſuaq; induſtris prælij fluctus regit.  
 Ipſe aut in prima acie proſtratus cbarā amittit uitam,  
Ciuitas.

ΕΚ ΤΩΠ ΤΙΡΤΑΙΟΥ.

πεὶ πολεμικῆς ἀρετῆς.

ΕΚΑΙΝΟΣ ΤΟΛΜΗΣ.

**Ο**ΥΤ' αὖ μνησαίμην, ἅτ' ἐν λόγῳ ἀνδρα γιθέκο,  
ἅτε πωδῶν ἀρετῆ, ἅτε παλαιμοσυώνης.

ἅδ' εἰ κνηλώπων μὲν ἔχοι μέγεθός τε βίβω τε,  
νυκίων ἢ θέων θρηήκιορ βορέκω.

ἅδ' εἰ τιθωνοῖς φυλὴν χαριέσθρος εἶν,  
πλοτοῖν ἢ μίσθω καὶ \* κινύραο πλέον.

ἅδ' εἰ τανταλίθω πέλεπος βασιλῶτορος εἶν,  
γλιώσαν δ' ἀδρήσθ μελιχόγηρω ἔχοι.

ἅδ' εἰ πᾶσαν ἔχοι δόξαν, πλὴν θέριδος ἀλκήσ.  
ἢ γὰρ αὐτῆρ ἀγαθὸς γίγνεται ἐν πολέμῳ,

εἰ μὴ τιτλαῖν μὲν ὄρωρ φόνον αἱματόεντα,  
καὶ δηῖωρ ὀρέγοισ' ἐγγύθεν ἰσάμενος.

ἅδ' ἀρετὴ τόδ' αἰθλορ ἐν ἀνθρώποισιρ ἀριθορ,  
κἀκλιθόν τε φέρειν γίγνεται ἀνδρείνῳ.

ξυών δ' ἰδλὸρ τῆτο πύλκῃ τε παντί τε δόμῳ,  
ὄσσις αὐτῆρ διαβάς ἐν προμάχοισι μούη

πωλεμέως, αἰαχρᾶς ἢ φυγῆς ἐπιπάγχῳ λάθηται,  
ψυχὴν καὶ θυμὸν τλήμονα παρβίμνος.

θαροῦν ἢ πεισῆν τὸρ πλησίον αὐδρα παρρηθῶς,  
ἅτος αὐτῆρ ἀγαθὸς γίγνεται ἐν πολέμῳ.

αἰψα ἢ δυσμηνέωρ ἀδρῶν ἔτρεψι φάλαγγας  
τρηχέας, σπυδῆ τ' ἔχειθε κῦμα μάχης.

αὐτὸς δ' ἐν προμάχοισι πεισῶρ φίλορ ἔλεσε θυμὸν,  
ἅδ'.

\* αἰ. κινύρα  
βάθρον.

Ciuitatem, & populos, & patrem honestans:  
 Multis per pectus & scutum rotundum uulneribus,  
 Et per thoracem ab anteriore parte sauciatus.  
 Hunc uerò lugent pariter iuuenes, senesq; (tur.  
 Et graui desiderio tota ciuitas funus ipsius prosequi  
 Huius sepulchrū, et liberi inter homines præclari sunt,  
 Itemq; nepotes, & omne posterorum genus.  
 Nunquam eius bona gloria interit, neq; nomen ipsius:  
 Sed quamuis sub terra sit, manet immortalis.  
 Quem se fortiter gerentem, manentēq; & pugnantem,  
 Pro patria & liberis uehemens Mars peremerit.  
 Quod si effugerit sortē mortis longū inducētis soporē,  
 Et uictoria potitus splendidā gloriā pugna auferat.  
 Ipsum ex equo omnes iuuenesq; senesq; colunt,  
 Multisq; iucundis affectus ad orcum abit.  
 Senescens autem inter ciues præcellit, neq; quis illum  
 Ledere, nec irreuerenter nec iniuste cupit.  
 Omnesq; in sedibus iuuenes simul & æquales  
 Loco cedunt ei, quiq; maiores nati sunt.  
 Huius igitur uirtutis ad summū peruenire, nunc aliq;

Nitatur animo, non remittens bellum.

Eiusdem: aliàs Callini.

Quamdiu torpētis? quando strenuā habebitis animam  
 O iuuenes? an non ueremini uicinos,  
 Ob tantam ignauiam? In pace autem uobis uidemini  
 Sedere: sed bellum totam regionem instat.  
 Quin scutum aliquis arte in prælio hosti obtendat:

Et



έφυτε καὶ λαὸν καὶ πατέρ' σὺκλείσας\*

πολλὰ διὰ γόρτοις καὶ ἀσίδιος ὄμφαλοόσας,

καὶ διὰ θόρηκος πρόδ' ἔν' ἔλληλαμόσος.

τίμ' δ' ὀλοφύρονται μὲν ὁμῶς νέοι, ἠδὲ γόροντες,

ἀργαλίῳ ἢ πύθῳ πᾶσα κέηκε πύλις\*

καὶ τόμβος, καὶ παῖδες ὄν' ἀνθρώποις ἀρίσκημοι,

καὶ παῖδ' ὄν' παῖδες, καὶ γένος ἔξοπίσω.

ἔδ' ἔποτε πλέος ἰσθλὸν ἀπόλλυται, ἔδ' ὄνομ' αὐτῶ,

ἀλλ' ὑπὸ γῆς πύρ' ἔόν' γίγνεται ἀθανάτος,

ἔν' τιν' ἀειτ' ὄντα, μούοντά τε, μαρναμόν' ἔν' τε

γῆς πύρι καὶ παῖδ' ὄν' θύρος ἄρης ὄλεση.

εἴ ἢ φύγοι μὲν κῆρα ταυηλεγέος θ' ἀνέτοιο,

νικήσας δ' ἀχμῆς ἀγλαὸν εὐχος ἔλοι.

παύτες μὲν τιμῶσι ὁμῶς νέοι, ἠδὲ παλαιοί,

πολλὰ ἢ τὸρ πύρ' ἀπὸν ἔρχεται εἰς αἰδίον\*

γυρῶσιν δ' ἀφύσι μεταπρέπει, ἔδ' ἔτις αὐτὸν

βλάπῃ, ἔτ' αἰδίῳ, ἔτε δίνης ἔθελαι\*

παύτες δ' ὄν' θύκοισι ὁμῶς νέοι, εἴ γε κατ' αὐτὸν

ἔκ' εἰς χῶρης, εἴτε παλαιότ' ὄν'.

παύτης νύ τις ἀνὴρ ἀρετ' εἰς ἄκρον ἰκέσθαι

πειράσθω, θυμὸν μὴ μεθείς πύλεμα.

τῶ αὐτῶ, ἢ Καλλίνω.

μέχρις τού κατ' ἀκρον, κίτ' ἀλπιμὸν ἔξετε θυμὸν,

ὡ νέοι; ἔδ' αἰδίῳ ἀμφιπύρ' ἰσθλόντας

ἔδ' ἔλλ' ἰσθλόντες, ὄν' εἰρήνη ἢ δόκητε

ἔδ' ἔλαι, ἀτὰρ πύλεμος γαῖαν ἀπασαν ἔχει.

\* εἴ νύ τις ἀσίδιος θύδω ὄν' ἀντιβίως πύλεμίζωμ.

\* Hic hexametrum  
D. Camerarius de  
suo iur-  
piscu.

καί

Et aliquis moriens ultimò iaculum emittat.  
 Honori enim est & ornamento viro pugnare  
 Pro patria & liberis & tenera uxore  
 Aduersus hostes. Mors autem aderit, quandocunq;  
 Parce destinauerint. Sed age quispiam rectà pergat  
 Extenso in altum gladio, & sub scuto forte pectus  
 Foueat, cum primùm incipit committi pugna.  
 Non enim mortem effugere fatale est  
 Virū, neq; si à maioribus immortalib. genus ducat.  
 Sæpe quis clapsus è pugna, sonituq; telorum  
 Euadit, sed ipsam domi fatalis mors apprehendit.  
 Atq; hic sanè nec amicus est populo, nec gratus:  
 Illū uerò magnus et paruus desilet si qd passus fuerit.  
 Vniuersus enim populus uirum fortem desiderat  
 Defunctum, uiuentem uerò instar semidei colit:  
 Nam coram intuentur illum uelut turrin:  
 Quippe solus multorum æquat facinora.

## Eiusdem.

Veruntamen Herculis genus inuictum estis:  
 Confidite, nondum Iouis facies auersa est à nobis:  
 Nec hominum turbam formidetis, aut metuatis,  
 Quin rectà quisq; hostibus scutum obuertat  
 Inuisam amissurus animam, mortisq; nigrum,  
 Sed solis splendori gratum subituri fatum.  
 Nostis enim quàm graua sint Martis luctuosi opera,  
 Nostis etiam impetum permolesti belli.  
 Et quandoq; fugistis ipsi, quandoq; alios fugastis,

ὡς αἱ τις ἀποθνήσκω ὕψατ' ἐκοντισάτω.

τιμῶν τε γὰρ ἴσι καὶ ἀγλαὸν ἀνδρὶ μάχιδαι  
γῆς πέρι, καὶ παίδων, κρηιδίης τ' ἀλόχε

δυσμενέσι μ' θανάτος δέ ποτ' ἔσεται, ὅπποτέ κεν δὴ  
μοῖραι ἐπιπλώσωσ', ἀλλά τις ἰθὺς ἴτω,

ἔγχεσ ἀναχόμενος, καὶ ὑπ' ἀσπίδος ἄλκιμον ἔτορ  
ἔλσας τὸ πρῶτον μινυμένους πολέμω.

ὅ γὰρ πως θαύατόν γι φυγαῖν εἰμαρμένον ἴσιν  
αὐδρ', ὅσ' εἰ προγόνων ἢ γόνος ἀθανάτων.

πολλάκι δηϊοτῦτα φυγαῖν καὶ δίσπορ ἀκόντων  
ἔρχεται, οὐδ' οἴω μοῖρα κίχον θανάτου.

ἀλλ' ὁ μὲν ἐπ' ἑμπας δισμῶ φίλος, ὃ ἢ ποθενός·  
τὸν δ' ὀλίγος στυάχη, καὶ μέγας, ἦν τι πάθη.

λαῶ γ' ἔξυμπαντι πάθος κρατὸρ ὄφρονος ἀνδρῶς  
θυήσκοντος. ζῶωρ δ' ἄξιος ἡμιθέων.

ἄσπερ γὰρ μιν πύργου οὐδ' ὀφθαλμοῖσι μ' ὀρῖσιν,  
ἔρδει γ' πολλῶν ἄξια μῆνος ἔϊον.

τῆ αὐτῆ.

ἀλλ' Ἡρακλῆος γ' ἀνίκητον γόνος ἔστε,  
θαρσύνει, ἔπω ζῶν κίχον ἀλοξὸν ἔχει.

καὶ δ' ἀνδρῶν πλὴν ὡδὸν δαιμαίνεστε, μὴ φοβῆσθε,  
ἰθὺς δ' ἐπ' ἐπ' ἀμάχας ἀσπίδ' ἀνὴρ ἔχέτω,

ἔχθρῶν μὰ ψυχὴν θείμονος, θανάτου ἢ μελάνασ  
αὐγαῖσι μῆρας ἡελίοιο φίλας.

ἴσιν γ' ἴος ἀφίως πελυδαικρῦτα ἔργ' ἀβροδύλα,  
εὐδ' ὀργλὴν ἰδίακτ' ἀργαλίης πολέμω.

καὶ μετὰ φρονόντων τι δεικόντων τ' ἰγούειδι,

ὡ ρόσθ

Iuuenes, utrunq; satis experti estis.  
 Nam ex illis qui audent unâ persistentes  
 Cominus in hostes aduersus impetum facere,  
 Per pauci occidunt, retroq; seruant populum:  
 Timidorum autem uiroꝝ omnis perit uirtus.  
 Vix autem aliquis uerbis explicare possit,  
 Quanta incurrat mala, uir qui se turpiter dederit.  
 Ignominiosum namq; est tergum sauciare  
 Viri fugientis in aduerso prælio.  
 Turpe quoq; est cadauer in puluere prostratum,  
 Aq; tergo haste cuspide uulneratum.  
 Sed progressus quispiam maneat firmus utroq; pede  
 Terræ infixo, labia dentibus præmordens:  
 Femora & tibias infernè, nec non pectus humerosq;  
 Lati clypei umbone contegens.  
 Dextra uerò manu ualidam hastam torqueat,  
 Terribilemq; in capite cristam excutiat.  
 Fortia aggrediens facta discat bellare,  
 Nec à telis procul absit clypeum gerens.  
 Sed congregans quispiam, cominus longa hasta  
 Vel gladio percussurus, socium sibi accipiat.  
 Pedem pedi iungens, clypeumq; clypeo admouens,  
 Nec non cristam ciste, galeamq; aptans galeæ.  
 Pectoriq; obuerso pectore contra hostem pugnet,  
 Vel gladij capulo, uel hasta prælonga arrepta.  
 Vos aut læuis armaturæ milites sub scutis aliunde alij  
 Trepidantes, grandibus pugnatæ lapidibus,

Hastasq;

ὠγίοι, ἀμφοτέρων δὲ εἰς κόρον κλάσσετε.  
 οἱ μὲν γὰρ τολμῶσθε παρ' ἀνιήλοισι κούοντες,  
 εἰς τ' αὐτοχελίω καὶ περιάχθε ἰούαι,  
 παυρότ' εἶσι ἰπῆσκησι, σάβσι ἢ λαὸν ὀπίσω,  
 τρισάκτων δ' ἀνδρῶν πᾶσ' ἀπόλωλ' ἀρετή.  
 οὐδ' εἰς δὲ αὖ ποτε ταῦτα λέγων ἀνύσειεν ἔπασα,  
 οὐδ' αὖ αἰχρὰ πάβη, γίγνεται ἀνδρῶν κακὰ,  
 ἀργαλέον γὰρ ὅπιθε μετάφρενον ἐστὶ δαΐζειν  
 ἀνδρὸς φύγοντος δλίω οὐ πολέμῳ.  
 αἰχρὸς δ' ἐστὶ νέκος κατακείμενος οὐ κούησι  
 νῶτον ὀπιθ' αἰχμῇ διερὸς ἐληλαμόνος.  
 ἀλλὰ τις οὐ διαβαίτ' μνέτω ποσὶν ἀμφοτέρωσι  
 σκρηχθεὶς ἐπὶ γῆς, χεῖλος ὀδῶσι δακῶν  
 μηρὸς τε κνήμας τε κᾶτω, καὶ στήνα καὶ ὠμὸς  
 ἀσπίδος οὐρείης γαστρὶ καλυψάμενος.  
 δεξιτέρῃ δ' οὐ χεὶρὶ τινασέτω ὄβριμον ἔγχος,  
 κινείτω ἢ λόφον διανὸν ὑπὸρ κεφαλῆς.  
 ὄρδων δὲ ὄβριμα ὄργα διδασκείδω πελεμίζειν,  
 μηδ' ἐκτὸς βελέων ἐσέτω ἀσπίδ' ἔχωρ.  
 ἀλλὰ τις ἐγγύς ἰὼν, αὐτοχελίον ἔγχει μακρῷ  
 ἢ ξίφει ἢ τάξῳ δλίον ἀνδρ' ἐλέτω. (σαε,  
 καὶ πάδια παρ' ποδὶ βεῖς, καὶ ἐπ' ἀσπίδος ἀσπίδ' ὄρειν  
 οὐ ἢ λόφον τε λόφῳ, καὶ κινίλι κινέη,  
 καὶ σέρνον σέρνω πεπαλημόνος ἀνδρῶν μαχέδω,  
 ἢ ξίφιος κώπλι, ἢ δόρυ μακρὸν ἰλῶν.  
 ὑμεῖς δ' ὦ γυμνήτες ὑπ' ἀσπίδος ἀλλοθέρ' ἄλλας  
 πῆσσαντες, μεγάλοις βάλλετι χόρμαδίοις,  
 ἢ δόρασι

Hastasq; leues contorquete in hostes,  
Vestram prope armaturam permanentes.

## Eiusdem.

Præclarum est, in prima acie si occidat  
Vir bonus, pro patria sua pugnans.  
At qui urbe sua pinguibusq; aruis relictis  
Mendicare cogitur, omnium est miserrimus:  
Cum chara matre uagans, & sene parente,  
Cumq; paruulis filijs, & adolescentula uxore.  
Inuisus namq; erit a i quoscunq; peruenerit,  
Indigentia uictus & odiosa paupertate.  
Genus suum infamat, & formam decoram turpat:  
Omnis generis anxietas, & mala eum sequuntur.  
Tandem sic errantem hominem nulla (decori) cura  
Afficit, nec pudor ullus in posterum est ei.  
At nos animo forti pro terra hac pugnemus, & pro libe  
Moriatur, nequaquam uitæ parcentes. (ris  
O iuuenes, arte inuicem iuncti pugnate,  
Neq; turpis fugæ, aut timoris initium facite.  
Sed magnum fortemq; concipite animo impetum:  
Nec pugnantes aduersus hostes uitæ rationē habete.  
Veteranis autem, quorum genua non amplius sunt agi-  
Grandæuis relictis ne fugite. (lia,  
Turpe enim est, si in prima acie prostratus  
Iaceat ante iuuenes uir senior,  
Candidum iam habens caput, barbamq; canam,  
Animam efflans fortem in puluere,

ἄρασί τε ξισοίσιρ ἀκοντίζοντες ἐς αὐτὰς,  
 τᾶσι πανοπλίαις πλησίον ἰσάμενοι,  
 τῷ αὐτῷ.

τιθνάμενοι γὰρ καλὸν ἐπὶ προμάχοισι πεισόντα  
 κῆρ' ἀγαθόν, πρὶ ἢ πατέρει μαρναμενον.  
 εἰ δ' αὐτῷ προλιπόντα πέλιρ καὶ πύονας ἀγρὸς  
 πῶχόνειρ, πάντων ἐστ' ἀνικρότατον,  
 πλαζόμενον σὺν μητρὶ φίλῃ καὶ πατρὶ γέροντι,  
 πασι τε σὺν μικροῖς, κερειδίῃ τ' ἀλόχῳ.  
 ἔχθρὸς μὲν γὰρ τοῖσι μετέσεται ἕς κην ἱκταί,  
 χρημοσύνη τ' ἑκὼρ καὶ θυγρὴ πένιη.  
 αἰχμῶν τε γούος, κατὰ δ' ἀγλαῶν εἶδος ἐλέγχει,  
 πᾶσα δ' ἀθυμία καὶ κακότης ἐπιταί.  
 εἴθ' ὅτως ἀνδρὸς τοι ἀλώμενός ἔσθιμι ὥρῃ  
 γίγνεται, ὅτ' αἰδιῶς εἰς ὀπίσσω τιθέσθαι.  
 θυμῷ γῆς πέρι τῆσδε μαχάμειθα, καὶ περὶ παάδων,  
 θνήσκωμεν, ψυχῶν μηκέτι φειδόμενοι.  
 ὦ τίοι, ἀλλὰ μάχιθε παρ' ἀλλήλοισι μούοντες,  
 μηδ' ἔφυγῆς αἰχρᾶς ἀρχετέ, μηδ' ἔφειθε.  
 ἀλλὰ μέγαν ποιεῖτε καὶ ἄλκιμον ἐν φρεσὶ θυμῶν,  
 μηδὲ φιλοψυχεῖτ' ἀνδράσι μαρναίμενοι.  
 τὸς ἢ παλαιότερος, ὧρ ἔκτετι γῆνατ' ἐλαφρὰ,  
 μὴ καταλείποντες φύγειτε τὸς γούραυς.  
 αἰχρὸν γὰρ δὴ τῷτο μετὰ προμάχοισι πεισόντα  
 κείσθαι πρόσθε νέων ἀνδρᾶ παλαιότερον,  
 ἔσθι λουκὸν ἔχοντα κάρη, πολύον τε γούειον,  
 θυμὸν ἀποπνείοντ' ἄλκιμον ἐν κενίῃ,

Cruenta charis manibus pudenda tegens,

Que oculis intueri et turpe et indignum est,

† Fortē pa Et denudata corpora: † iuvenes autem prorsus decet,

rēthesi in- Ut pūbertatis flos sit eis pulcher\*.

cludenda Viris quidem mortalibus, et mulieribus visu amabilis

sunt\*.

Est, uīuus adhuc strenuus aut, si in prima acie cecide

Sed progressus ad pugna q̄spiā m̄eat utroq; pede (rit.

Terræ infixō, labia denuibus prēmordens.

PINIS CARMINVM

Tyrxi.

EX NAVMACHII SCRIP-  
ptis Sententiæ.

**P**vlchrū sanē est, corp, castū habere, intactāq; ma  
Virginē, et puris semper cogitationib. de- (nere

Nec onus circa laboriosa illa gestantem, (lectari;

Neq; dolores trementem suspiriosos Lucinae:

Sed permanere quasi reginam imbecillium mulierum,

Oculum animæ splendidum ad eam uitam erigendo,

In qua gloriose uerāq; sunt nuptiæ, ubi commixta

Diuinis uerbis lumine plenas meditationes parit.

Quod si te alienæ uitæ desiderium capit,

De ista quoq; præsciēs dicam, quō te oporteat cōficere

Nauigationem, ut aiunt, secundam animo lato.

Hic tibi sit maritus, quem parentes decreuerint;

Etsi fuerit prudens, felicissima es: sin aliter

Virum



αἰματίζοντ' αἰδοῖα φίλοις σὺ χόρσιν ἔχοντα,  
 αἰγρὰ τὰ γ' ὀφθαλμοῖς καὶ νεμεσιπτόρ ἰδεῖν,  
 καὶ χεῖρα γυμνωθέντα, νέοισι δ' ἢ πάντ' ἐπέοικεν,  
 ὄφρ' ἔρα τῆς ἕβης ἀγλαὸν αὐθὸς ἔχη.  
 ἀνδράσι μὲν θνητοῖσιρ ἰδεῖν, ἔρατος δ' ἢ γυναιξὶ  
 ζωὸς ἐὼν, καλὸς δ' οὐ προμάχοισι πεισῶν.  
 ἄλλὰ τίς σὺ διαβῆς μνέτω ποσὶν ἀμφοτέροισι  
 σπριχθεῖς ἐπὶ γῆς, χεῖλος ὀδῶσι δακνῶν.

ΤΕΛΟΣ ΤΩΝ

Τυρταίων.

ΕΚ ΤΩΝ ΝΑΥΜΑ

χῆς, γνῶμικῶν.

**Κ**λὸν μὲν, δέμας ἀγνὸν ἔχειν, ἀδμῆτά τε μίμναιμ  
 παρθονικῆν, καθαροῖσι τ' αἰεὶ μελεδίμασι χαί-  
 μῃτε βαρῆλῆτων λαγόνων περὶ φέρσον ἄγαν, (ρεν.  
 μήτε πόνον τρομέσαν ἀγάθονομ εἰλειθήης·  
 ἀλλ' ἦδαι βασιλείαν ἀφικρῶν θυλητόρῶν,  
 ψυχῆς ὄμμα φαινὸν ὑπὸ βιότοιο χέσαν,  
 οὔθα γάμοι κεδνοὶ καὶ ἀληθείες, οὔθα μιγείσα  
 θιασεδίσις ἐπέεσι νυήματα φάια τίηαι.  
 εἰ δέ σε καὶ ξινοῖο πόθος βοιότοιο κηχάναι,  
 καὶ τῆτο προδραεῖς ὄρέω, πῶς χεῖ σε πόρῃσαι  
 τὸν πλουῦ, ὡς φασιρ, τὸν δισύτορον σὺφρονι θυμῷ.  
 ἔγω σοὶ πόσις ἔτος, ὅμ αὐ κέρνωσι τοκῆες·  
 καὶ μὲν ἐν πινυτὸς, σὺ μάκαστ' ἀτῆ· εἰ δέ κεν ἄλλως

# Notes du mont Royal

[www.notesdumontroyal.com](http://www.notesdumontroyal.com)

Une ou plusieurs pages sont omises  
ici volontairement.

E' TYRTAEO, CLAVD. MON-  
fello interprete.

**N**on ego uel cursus, uel clara nomine lucta,  
 Commemorare uirum nec celebrare uelim:  
 Nec si corporeis Cyclopus uiribus aequet,  
 Et celerem currens anteuolet boream:  
 Nec si Titbono fuerit formosior ipso,  
 Sitq; Mida longè ditior, aut Cinyra:  
 Nec si uel Pelope audaci magis regius esset,  
 Linguaq; Adraestæo plena lepore fluat:  
 Nec si laus omnis foret huic, nisi bellica uirtus:  
 In bello quoniam strenuus esse nequit,  
 Si non sustineat cædem spectare cruentam,  
 Conferat & denso primus in hoste manum.  
 Illa quidem uirtus, atq; optima præmia ferri  
 A iuvene ingenti nec sine laude solent.  
 Spes & la salus populi est totius, & urbis,  
 Qui primos inter continua arma gerit:  
 Nec fugere omnino didicit, nec uertere terga,  
 Audaci est animo: cuncta pericla subit.  
 Hortaturq; mori socium, & discrimina ferre,  
 Ille uir in bello strenuus unus erit.  
 Iamq; hostile premens magna ui contudit agmen,  
 Rexit & arbitrio nobile Martis opus:  
 Ac tandem occubuit confossus in ordine primo,  
 Nobilitans patriam, nobilitansq; patrem,  
 Postquam ictus crebros dissecto umbone recepit,  
 Undiq; uulneribus saucia membra gerens.

Illum omnes pariter deflent iuuenesq; senesq;,  
 Et summa exequiis urbs pietate facit.  
 Multis honos tumulo, natisq; rependitur eius,  
 Et soboli illorum, quæ genus inde trahet.  
 Non decus illius, celebris nec fama peribit:  
 Immortalis enim est, sit licet in tumulo,  
 Quisquis in arma ruens, nec saevo à Marte recedens:  
 Pro patria & natis fortiter occiderit:  
 Si uerò incolumis mortem uitarit acerbam,  
 Rettuleritq; sua parva trophæa manu,  
 Illum omnes pariter decorant iuuenesq; senesq;,  
 Et bona percipiens plurima lætus obit:  
 Affectus senio toti gratissimus urbi est,  
 Proxus & hunc ipsum lædere quisq; cauet.  
 Turba senum iuuenumq; loci concedit honorem,  
 Nullus & æqualis se equiparare uelit.  
 Ergo aliquis tanta uirtutis tangere culmen  
 Cometur, toto pectore bella petens.

Eiusdem, uel Callini.

O iuuenes, quid uult sibi tanta ignauia? ubi nam  
 Sumt animi? num de finitimis rubor est.  
 Segnitiam ob uestram? securo pace potiri  
 Creditis: at bello patria tota tremit.  
 Quilibet audacter mauortia surgat ad arma:  
 Atiq; aliquis moriens ultima tela uibret.  
 Pro patria pulchrum est, natisq; & coniuge chara  
 Pugnare, & ualida bella cedere manu.  
 Mors aderit, cum fata uolent. iam quis mihi recta  
 Prodeat in pugnam, cum ciuò cepta fuit,

Tollens

Tollens terribili gladium uirtute, tegensq;  
 Fortia prægrandi pectora sub clypeo  
 Effugere baud ulli mortem conceditur, etsi  
 A superis ortum duceret ipse suum.  
 Sæpe quis à bello, telisq; reuersus, & hoste,  
 Repperit in propijs adibus exitium:  
 Nec tamen hic gratus populo est, nec amabilis ulli:  
 Illum autem deflet cum iuniore senex.  
 Quippe sui desiderium post fata relinquit  
 Fortis, at in uita est semideo similis:  
 Conspicitur siquidem ueluti fortissima turris:  
 Nam quæ multi agerent, omnia solus agit.

## Eiusdem.

Alcida sed enim genus insuperabile, forti  
 Este animo: nondum flexa Iouis facies.  
 Vos ne turba uirum, densus ne terreat hostis:  
 Omnis in aduersos obuia tela gerat.  
 Inuisamq; adeo statuens abrumperè uitam,  
 Præcipiti cursu malit obire semel  
 Nostis enim quàm sint horrentia praelia Martis,  
 Nostis & armigeræ quanta sit ira deæ.  
 Terga cecidistis partim, partimq; fugati  
 Estis, & experti scitis utrunq; sauis:  
 Qui perstant simul, & primi certamina tentant,  
 Audentes animo cominus arma sequi,  
 Perpauci moriuntur, & à tergo agmina seruiunt:  
 Ast hominis timidi gloria tota perit.  
 Vix mala quis uerbis perstringere singula possit,  
 Quæ uir, qui in bello turpis gessit, habet.

Nempe

Nempe ingens ignominia est, fugitare parantis  
 Lethali gladio terga secare uiri:  
 Turpe & puluerca stratum tellure cadaver,  
 Dorſa gerens crebris saucia uulneribus.  
 Progrediens aliquis maneat pede firmus utroq;  
 In terra, stricto dente labella premens;  
 Et latum obijciens clypeum protendat ad ictus,  
 Qui femora atq; humeros, pectus & omne tegat:  
 Atq; manu dextra robustam torqueat hastam,  
 Et summo pendens uertice crista tremat.  
 Fortiter arma mouens, bellandi exerceat artem:  
 Nec procul à telis perſtet habens clypeum.  
 Congrediens aliquis gladium uibrando, uel hastam,  
 In pugnam, socium cominus accipiat.  
 Cum pedibusq; pedes, cum scutis scuta coaptans,  
 Cum crista cristam, cum galea galeam:  
 Et pectus iungens cum pectore, pugnet in hostem,  
 Siue tenens hastam, siue tenens gladium.  
 At uos, qui leuibus nudis trepidatis in armis,  
 Grandia praeualida mittite saxa manus  
 Atq; hostes contra teretes torqueate sagittas:  
 Nec quis ab armatis ausit abesse uiris.

## Eiusdem.

Gloria magna uiri est, qui primus ante phalangeſ  
 Occubuit, patriæ nomine bella gerens.  
 At miserum est, aliquis patria cum pulsus & agris,  
 Mendicans uictum quaerit ubiq; suum,  
 Et chara cum matre, ſene & genitore uagatur,  
 Uxorem iuuenem & pignora parua trahens.

Namq;

Namq; odiosus erit, quamcunq; migrarit in urbem,  
 Ut qui pauperiem pergrauē gestet onus.

Et genus inſamat, & formæ turpat honorem:

Deniq; & anxietas & dolor omnis adest.

Atq; uiri tandem per tot discrimina tracti

Quis pudor: & aut quæ animum tangere cura potest?

H. u. nos pro patria, & natis moriamur in armis,

Nec uitam metuat perdere quisq; suam.

O iuuenes propè conferti Mauortis obite

Prælia, nec turpi uertite terga metus

Audaces quæ estis animis, & pectore forti,

Inter pugnandum nec sit obire graue.

At queis iam nec membra uigent, & quassa pedum uis,

In bello pudeat deseruisse senes.

Infame hoc & turpe nimis, iuuenum ante cateruas,

In primis senior si cadat agminibus:

Canos iamq; gerens barba, capitisq; capillos,

Exhalans animam puluerem per humum:

Atq; tenens manibus respersa cruore pudenda,

Cernenda iratis non nisi luminibus:

Omnia per similes iuueni, conamine magno

Ut pubertatis flos sibi detur, agit.

Ille oculis hominum gratus, dum uiuit, habetur:

Strenuus at primis cæsus in agminibus.

Progrediens aliquis maneat pede firmus utroq;

In terra, stricto dente labella premens.

# Notes du mont Royal

[www.notesdumontroyal.com](http://www.notesdumontroyal.com)

Une ou plusieurs pages sont omises  
ici volontairement.



BASILEAE EX OFFICINA  
OPORINIANA, ANNO SALV-  
tis humane M. D. LXIX. Mense  
Iannario.